



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 67. Decretum de Reformatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Secul. XVI. „proveniat hujus sanctissimi Sacrificii  
 A.C. 1562. „tam pretiosus, ac cœlestis fructus. Mo-  
 „neant etiam eundem populum, ut fre-  
 „quenter ad suas Parochias, saltem die-  
 „bus Dominicis, & majoribus festis  
 „accedat. Hæc igitur omnia, quæ  
 „summatim enumerata sunt, locorum  
 „Ordinariis ita proponantur, ut non lo-  
 „lum ea ipsa, sed quæcunque alia hoc  
 „pertinere visa fuerint, ipsi pro data his  
 „a sacrosancta Synodo potestate, ace-  
 „tiam ut delegati Sedis Apostolice,  
 „prohibeant, mandent, corrigant, si-  
 „tuant, atque ad ea inviolate servan-  
 „da censuris Ecclesiasticis, aliisque pe-  
 „nis, quæ illorum arbitrio constitu-  
 „tur, fidelem populum compellant, non  
 „obstantibus privilegiis, exemptionibus,  
 „appellationibus, ac consuetudinibus  
 „quibuscunque. Priusquam sessioni  
 „nis imponeretur, prælegebatur Refor-  
 „mationis Decretum undecim com-  
 „prehensum capitibus, quæ hic ref-  
 „rimus.

### §. LXVII.

#### *Decretum de Reformatione.*

Eadem sacrosancta Oecumenica &  
 „Generalis Tridentina Synodus,  
 „in Spiritu Sancto legitime congrega-  
 „ta, præsidentibus in ea eisdem Apo-  
 „stolicæ Sedis Legatis, ut reformatio-  
 „nem

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

„nis negotium prosequatur, hæc in præ-  
„fenti Sessione statuenda censuit.

## CAPUT I.

### *Canones de vita & honestate Clericorum innovantur.*

Nihil est, quod alios magis ad pie-  
„tatem, ac Dei cultum assidue in-  
„struat, quam eorum vita & exemplum,  
„qui se divino ministerio dedicarunt;  
„Cum enim a rebus sæculi in altiorem  
„sublati locum conspiciantur; in eos  
„tanquam in speculum, reliqui oculos  
„conjiciunt, ex iisque sumunt, quod i-  
„mitentur. Quapropter sic decet omni-  
„no clericos in sortem Domini voca-  
„tos, vitam, moresque suos omnes com-  
„ponere, ut habitu, gestu, incessu, ser-  
„mone, aliisque omnibus rebus, nil nisi  
„grave, moderatum, ac Religione ple-  
„num præseserant: levia etiam delicta,  
„quæ in ipsis maxima essent, effugiant,  
„ut eorum actiones cunctis afferant ve-  
„nerationem. Cum igitur, quo majo-  
„re in Ecclesia Dei, & utilitate, & or-  
„namento hæc sunt, ita etiam diligen-  
„tius sunt observanda, statuit sancta Sy-  
„nodus, ut quæ alias a Summis Pon-  
„tificibus, & sacris Conciliis, de Cle-  
„ricorum vita, honestate, cultu, doctri-  
„naque retinenda, ac simul de luxu, co-  
„messationibus, choreis, aleis, lusibus,

Z 3

„ac



Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

„ac quibuscunque criminibus, necnon  
„fæcularibus negotiis fugiendis copio-  
„se, ac salubriter fæcita fuerunt, ea-  
„dem in posterum iisdem pœnis, vel  
„majoribus arbitrio Ordinarii imponen-  
„dis, observentur: nec appellatio ex-  
„eutionem hanc, quæ ad morum cor-  
„rectionem pertinet, suspendat. Si qua-  
„vero ex iis in desuetudinem abiisse  
„compererint, ea quamprimum in ulum  
„revocari, & ab omnibus accurate cu-  
„stodiri studeant, non obstantibus con-  
„fuetudinibus quibuscunque: ne sub-  
„ditorum neglectæ emendationis iphi-  
„condignas, Deo vindice, pœnas per-  
„solvant.

## CAPUT II.

*Quinam ad Cathedrales Ecclesiæ  
assumendi.*

**Q**uicunque posthac ad cathedrales  
„Ecclesiæ erit assumendus, is non  
„solum natalibus, ætate, moribus, &  
„vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus  
„requiruntur, plene sit prædictus, verum  
„etiam in sacro Ordine antea, saltæ  
„sex mensium spatio, constitutus: qua-  
„rum rerum instructio, si ejus notitia  
„nulla aut recens in curia fuerit, a Se-  
„dis Apostolicæ Legatis seu Nunciis Pro-  
„vinciarum, aut ejus Ordinario, eoque  
„deficiente, a vicinioribus Ordinariis  
„suma-



„sumatur. Scientia vero præter hæc Sæcul. XVI.  
 „hujusmodi polleat, ut muneris sibi in- A C 1562.  
 „jungendi necessitati possit satisfacere:  
 „ideoque antea in universitate studio-  
 „rum Magister, sive Doctor, aut Licen-  
 „tiatus in sacra Theologia vel jure Ca-  
 „nonico merito sit promotus, aut pu-  
 „blico alicuius Academiæ testimonio  
 „idoneus ad alios docendos ostendatur.  
 „Quod si Regularis fuerit, a Superio-  
 „ribus suæ Religionis similem fidem ha-  
 „beat. Prædicti autem omnes, unde  
 „instructio, seu testificatio erit sumenda,  
 „hæc fideliter & gratis referre tenean-  
 „tur, alioquin eorum conscientias gra-  
 „viter oneratas esse scient, ac Deum  
 „& superiores suos habebunt ultores.

## CAPUT III.

*Creandæ distributiones quotidiane ex ter-  
 tia parte quorumcunque fructuum: portio  
 absentium, quibus cedat: certi  
 casus excepti.*

„Episcopi etiam tanquam Delegati A-  
 „postolici ex fructibus, & proven-  
 „tibus quibuscunque omnium dignita-  
 „tum, personatum, & officiorum in  
 „Ecclesiis cathedralibus, vel collegia-  
 „tis existentium, tertiam partem in  
 „distributiones, eorum arbitrio assignan-  
 „das, dividere possint, ut scilicet qui  
 „eas obtinent, si personaliter competens

Sacril. XVI. „sibi servitum, juxta formam ab eisdem  
A.C. 1562. „Episcopis præscribendam, quolibet die  
„statuto non impleverint, illius die  
„distributionem amittant, nec ejus quo-  
„quo modo dominium acquirant, sed  
„fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat,  
„aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii  
„applicetur. Crescente vero contum-  
„cia, contra eos juxta sacrorum Cano-  
„num constitutiones procedant. Quod  
„si alicui ex prædictis dignitatibus in  
„Ecclesiis cathedralibus, vel collegia-  
„tis, de jure, seu consuetudine jurisdi-  
„ctio, administratio, vel officium no-  
„competat, sed extra civitatem in Dioc-  
„cesi cura animarum immineat, cui  
„is, qui dignitatem obtinet, incumbe-  
„re voluerit, tunc pro tempore, quo in  
„curata Ecclesia resederit, ac ministra-  
„verit, tanquam præsens sit, ac divinis  
„interfit, in Ecclesiis cathedralibus, &  
„collegiatis habeatur. Hæc in his tan-  
„tum Ecclesiis instituta intelligentur,  
„in quibus nulla est consuetudo, vel sta-  
„tutum, ut dictæ dignitates non ser-  
„vientes aliquid amittant, quod ad ter-  
„tiam dictorum fructuum & proven-  
„tuum partem ascendat: non obstanti-  
„bus consuetudinibus, etiam immemo-  
„rabilibus, exemptionibus, & constitu-  
„tionibus, etiam juramento, & quavis  
„auctoritate firmatis.

CAPUT



## CAPUT IV.

Sæcul.XVI.  
A.C.1562.

*In quacunque cathedrali vel collegiata,  
majoribus necdum initiati vocem in capi-  
tulo non habeant: quid præstare te-  
neantur ad eos promoti; quive  
deinceps promovendi?*

„Quicunque in cathedrali vel colle-  
„giata, sacerdotali aut regulari Ec-  
„clesia divinis mancipatus officiis, in  
„Subdiaconatus Ordine saltem constitu-  
„tus non sit, vocem in hujusmodi Ec-  
„clesiis in capitulo non habeat, etiamsi  
„hoc sibi ab aliis libere fuerit concef-  
„sum. Ii vero, qui dignitates, perso-  
„natus, officia, præbendas, portiones,  
„ac quælibet alia beneficia, in dictis  
„Ecclesiis obtinent, aut in posterum ob-  
„tinebunt, quibus onera varia sunt an-  
„nexa, videlicet, ut alii Missas, alii Ev-  
„angelia, alii Epistolas dicant, & can-  
„tent, quoctunque ii privilegio, exem-  
„ptione, prærogativa, generis nobilita-  
„te sint insigniti, teneantur, justo im-  
„pedimento cessante, infra annum, or-  
„dines suscipere requisitos, alioquin pœ-  
„nas incurvant juxta constitutionem  
„Concilii Viennensis, quæ incipit, *ut ii*  
„qui, &c. quam præsenti decreto inno-  
„vat; cogantque Episcopi eos diebus  
„statutis dictos ordines per se ipsos ex-  
„ercere, ac cetera omnia, officia, quæ

Z 5 „debent

**Sæcul. XVI.** „debent in cultu divino præstare, si  
**A.C. 1562.** „eisdem & aliis etiam gravioribus po-  
„nis arbitrio eorum imponendis. Ne  
„aliis in posterum fiat provisio, nisi iis  
„qui ætatem, & ceteras habilitates in-  
„tegre habere dignoscuntur, aliter in-  
„rita sit provisio.

## CAPUT V.

*Committantur Episcopo dispensationes ex-  
tra curiam, & ab eo exami-  
nentur.*

„**D**ispensationes quacunque auctorita-  
„te concedendæ, si extra Roma-  
„nam Curiam committendæ erunt, com-  
„mittantur Ordinariis illorum, qui eas  
„impetraverint. Eæ vero, quæ grati-  
„fe concedentur, suum non fortiantur  
„effectum, nisi primo ab eisdem, tan-  
„quam Delegatis Apostolicis, summa-  
„rie tantum & extrajudicialiter cogni-  
„scatur, expressas preces subreptionis,  
„vel obreptionis vitio non subjacere.

## CAPUT VI.

*Circumspeclæ commutandæ sunt ultima  
voluntates.*

„**I**n commutationibus ultimarum vo-  
„luntatum, quæ non nisi ex justa, &  
„necessaria caufsa fieri debent, Episco-  
„pi, tanquam delegati Sedis Apostoli-  
„cæ, summarie & extrajudicialiter co-  
„gnol-

*Sæcul. XVI.*

A.C. 1502.

„gnoscant, nihil in precibus, tacita ve-  
 „ritate vel suggesta falsitate fuisse nar-  
 „ratum, priusquam commutationes præ-  
 „dictæ executioni demandentur.

Episcopus tanquam superior Eccle-  
 siasticus est interpres voluntatis defuncti  
 Testatoris nam hæc prærogativa eidem  
 ex jure competit, uti Gregorius IX. in  
 sua decretali (\*) declarabat, cui etiam  
 apprime consona sunt capitis præceden-  
 tis verba. Maxime tamen observan-  
 dum est, quod, dum dicitur, solum Epis-  
 copum interpretem esse voluntatis de-  
 functi, id intelligendum sit de casu, u-  
 bi nulla lis est mota circa summam hæ-  
 reditariam, si enim circa illam lis mo-  
 vetur, tunc juxta Franciæ jura, illius  
 decisio ad Regium Judicem pertinet,  
 quin obstet statutum Concili Tridentini,  
 cuius decretum circa hunc articulum  
 in regno non est receptum.

## CAPUT VII.

*Innovatur decretum Innocentii IV. Papæ  
 de appellationibus ad Judices  
 superiores.*

Legati & Nuntii Apostolici, Patriar-  
 chæ, Primates, & Metropolitani,  
 in appellationibus ad eos interpositis,  
 in

(\*) Greg. IX. in c. *Tua nobis.* 17. de Te-  
 stamentis &c.

**Sæcul. XVI.** „in quibusvis causis, tam in admittere  
**A.C. 1562.** „dis appellationibus, quam in conce-  
„dendis inhibitionibus post appellatio-  
„nem, servare teneantur formam, & te-  
„norem sacrarum constitutionum, &  
„præsertim Innocentii quarti, quæ in-  
„cipit, *Romana* (\*): quacunque con-  
„suetudine etiam immemorabili, aut  
„stilo, vel privilegio in contrarium non  
„obstantibus; alias inhibitiones & pro-  
„cessus, & inde secuta quæcunque, fin-  
„, ipso jure nulla,

## CAPUT VIII.

*Pias omnium dispositiones exequantur E-  
 piscoli; quæcunque pia loca videntur, dum  
 modo non sint sub immediata  
 Regum protectione.*

„Episcopi, etiam tanquam Sedis Apo-  
 „stolicæ Delegati, in casibus a jure  
 „concessis omnium piarum disposicio-  
 „num tam in ultima voluntate, quam  
 „inter vivos, sint executores: habeant  
 „jus visitandi hospitalia, collegia quæ-  
 „cunque, ac confraternitates Laico-  
 „rum, etiam quas Scholas sive quoquæ-  
 „que alio nomine vocant, non tamen  
 „quæ sub Regum immediata protectio-  
 „ne sunt, fine eorum licentia, Elec-  
 „mosynas montis pietatis, sive charita-  
 „tis,

---

(\*) in 6. de Appellat.



„tis, & pia loca omnia, quomodocun- Sæcul. XVI.  
 „que nuncupentur, etiamsi prædictorum A.C. 1562.  
 „locorum cura ad Laicos pertineat, at-  
 „que eadem pia loca exemptionis pri-  
 „vilegio sint minita; ac omnia, quæ  
 „ad Dei cultum, aut animarum salu-  
 „tem, seu pauperes sustentandos, insti-  
 „tuta sunt; ipsi ex officio suo juxta sa-  
 „crorum Canonum statuta cognoscant,  
 „& exequantur: non obstantibus qua-  
 „cunque consuetudine, etiam immemo-  
 „rabilia, privilegio, aut statuto.

## CAPUT IX.

*Quorumcunque locorum piorum admini-  
 stratores reddant rationem Ordinario,  
 nisi aliter in fundatione  
 sit cautum.*

Administratores tam Ecclesiastici  
 „quam Laici fabricæ cuiusvis Ec-  
 „clesiæ, etiam cathedralis, hospitalis,  
 „confraternitatis, eleemosynæ, montis  
 „pietatis, & quorumcunque piorum lo-  
 „corum, singulis annis teneantur red-  
 „dere rationem administrationis Ordi-  
 „nario, consuetudinibus, & privilegiis  
 „quibuscunque in contrarium sublati.  
 „Nisi secus forte in institutione & or-  
 „dinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ,  
 „expresse cautum esset. Quod si ex  
 „consuetudine, aut privilegio, aut con-  
 „stitutione aliqua loci, aliis ad id de-  
 „putatis

**Sæcul. XVI.****A.C. 1562.**

„putatis ratio reddenda esset, tunc cum  
 „iis adhibeatur etiam Ordinarius &  
 „aliter factæ liberationes dictis admini-  
 „stratoribus minime suffragentur.

## CAPUT X.

*Notarii Episcoporum examini, & iudicio  
 subjaceant.*

„Cum ex Notariorum imperitia plu-  
 „ma damna, & multarum occasio-  
 „tium oriatur, possit Episcopus quo-  
 „cunque Notarios, etiamsi Apostolicæ  
 „imperiali, aut Regia auctoritate crea-  
 „tuerint, etiam tanquam Delegatus Se-  
 „dis Apostolicæ, examinatione adhibe-  
 „re eorum sufficientiam scrutari, illisque  
 „non idoneis repertis, aut quandocum-  
 „que in officio delinquentibus, officii  
 „jus, in negotiis, litibus, & cauillis Ec-  
 „clesiasticis, & spiritualibus exercendi  
 „usum perpetuo, aut ad tempus pro-  
 „hibere. Neque eorum appellatio inter-  
 „dictionem Ordinarii suspendat.

Hoc capitulum aperte disertisque  
 verbis supponit, quod Regii Notarii in  
 cauillis Ecclesiasticis instrumenta confi-  
 ciendi potestatem habeant, præcipit  
 que Synodus, ut Episcopi eos exami-  
 nare, illosque aut rejicere, aut appro-  
 bare possint: ast rursus hujus Synodi  
 disciplina in Francia non est recepta,  
 ubi Episcopis non conceditur jus, vi-  
 cuius



Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

cujus ejusmodi potestatem exercere possent in Laicos Notarios a Principi-  
bus, & Rege electos.

## CAPUT XI.

*Bonorum cujuscunque Ecclesiae, aut pii loci  
occupatores puniuntur.*

Si quem Clericorum vel Laicorum,  
,,quacunque is dignitate, etiam  
,,imperiali, aut regali præfulgeat, in  
,,tantum omnium malorum radix cu-  
,,piditas occupaverit, ut alicujus Eccle-  
,,siæ, seu cujusvis sæcularis aut regu-  
,,laris beneficii, montium pietatis, alio-  
,,rumque piorum locorum, jurisdictione-  
,,nes, bona, census, ac jura, etiam feu-  
,,dalia & emphyteutica, fructus, emo-  
,,lumenta, seu quascunque obventio-  
,,nes, quæ in ministrorum, ac pauperum  
„necessitates converti debent, per se vel  
„per alios, vi vel timore incusso, seu  
„etiam per suppositas personas Cleri-  
„corum, aut Laicorum, seu quacunque  
„arte, aut quoctunque quæsito colore,  
„in proprios usus convertere, illosque  
„usurpare præsumperit, seu impedire,  
„ne ab iis, ad quos jure pertinent, per-  
„cipiantur, is anathemati tamdiu sub-  
„jjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona,  
„res, jura, fructus, & redditus, quos  
„occupaverit, vel qui ad eum quomodo-  
„docunque, etiam ex donatione suppo-

. III. litæ



Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

„sitæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ  
 „eiusque administratori, five beneficia-  
 „to, integre restituerit, ac deinde a Ro-  
 „mano Pontifice absolutionem obtainue-  
 „rit. Quodsi ejusdem Ecclesiæ patro-  
 „natus fuerit, etiam jure patronatus,  
 „ultra prædictas pœnas, eo ipso priva-  
 „tus existat: Clericus vero, qui nefar-  
 „dæ fraudis, & usurpationis hujusmodi  
 „fabricator seu contentiens fuerit, ei-  
 „dem pœnis subjaceat, necnon quibus-  
 „cunque beneficiis privatus sit, & ad  
 „quæcunqne alia beneficia inhabilis ef-  
 „ficiatur, & a suorum Ordinum execu-  
 „tione, etiam post integrum satisfa-  
 „ctionem, & absolutionem arbitrio sui  
 „Ordinarii suspendatur.

Cum Tridenti, prout narravimus,  
 diu fuisse dubitatum, utrum Germanis,  
 ac Gallis potentibus communio sub-  
 utraque specie esset concedenda, pro-  
 posita spe, quod Lutherani, ac Calvinistæ  
 eo facilius ad Ecclesiam revocan-  
 di forent: tandem Synodus omnino ex-  
 gravissimis rationibus consultum cense-  
 bat, hanc rem ad Pontificem remit-  
 tere, ut ille eam juxta prudentiam  
 suam decidat: itaque sequens additum  
 est Decretum.

§. LXVIII.

